Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



IO

ubi steterunt sacerdotum pedes .xii.
durissimos lapides. quos ponetis i
loco castrorum ubi fixeritis ac nocte
tentoria. Vocauitq; iosue .xii. uiros
quos elegerat de filiis israel singulos de
tribubus singulis. dixitq; ad eos. Jtran
archam domini dei uri ad iordanis me
dium. portetq; unusquisq; singulos
lapides in humeris uris. in testimo
nium filiorum israel. ut sit signum inter
uos. quando interrogauerint uos
filii uri eras dicentes. quid sibi uolunt
isti lapides respondebitis eis. Defeci
runt aque iordanis. ante archam
federis domini cum transiret eum.
Idcirco positi sunt lapides isti in mo
nimentum filiorum israel usque in eter
num. fecerunt ergo filii israel sicut eis
precepit iosue portantes de medio ior
danis alueo .xii. lapides. ut eis dns
imperauit iuxta numerum filiorum
israhel usque ad locum in quo castra
metati sunt. ibique posuerunt eos. Al
os quoque lapides .xii. posuit iosue in me
dio iordanis alueo ubi steterunt sac
dotes qui portabant archam feder
domini. et sunt ibi usque in presentem
diem. Sacerdotes autem qui porta
bant archam stabant in medio ior
danis donec omnia complerentur
que iosue iusserat loqui ad plm pre
cepit dominus. et dixerat ei moyses.
festinauitq; populus. et transiuit. et
archa domini sacerdotes q; pgebant
ante plm. filii quoq; ruben. et gad. et
dimidia tribus manasse armati pre
cedebant filios israel sicut precepit eis
moyses. et .xl. pugnatores milia. pt
mas et cuneos incedebant pplana
atq; campestria urbis iericho. In il
lo die magnificauit dominus iosue
coram omni israel ut timerent eum sic
timuerat moyses cunctis adhuc uuet
uiuentq; ad eum. Precepe sacerdotib; q
portant archam federis ut ascendant
de iordane. Cui precepit eis dicens.
Ascendite de iordane. Cumq; ascendis
sent portantes archam federis dni. et
siccam humum calcare cepissent re
uerse sunt aque in alueum suum. et
fluebant sicut ante consuuerat. Po
pulus autem ascendit de iordane.
x die primi mensis. et castra metati
sunt in galgalis contra orientalem
plagam urbis iericho. xii. quoq; la
pides quos de iordanis alueo sustule
rat posuit iosue in galgalis. et dixit
ad filios israel. Cum interrogauerint filii
uri eras pres suos. et dixerint eis. qd
sibi uolunt lapides isti. docebitis eos
atq; dicetis. Parentem alueum trans
iuit israel iordanem istum. siccante
domino dno nostro aquas eius in co
spectu uro donec transiremus sicut
fecerat prius in mari rubro qd sicca
uit donec transiremus. ut discant
omnes terrarum pli fortissima am
dominii manum. et ut timeatis do
minum deum uri omni tpe.

Postquam ergo audierunt
omnes reges amorreorum
qui trans iordanem. ad occi
dentalem plagam. et cuncti reges
chanaan qui iuxta mare poterant
magni maris loca. qd siccasset do
minus fluenta iordanis coram
filiis israel donec transirent dissol
utum est cor eorum. et non remansit
in eis spiritus ausus introitum
filiorum israel. Ito tpe ait dominus
ad iosue. Fac tibi cultros lapideos
et circumcide secundo filios israel. fecit

Cumq; transissent omnes transiuit